

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia Ienensi  
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

**Engau, Johann Rudolph**

**Jenae, MDCCXLVIII.**

**VD18 12413879**

**Tit. XIV. De Concubinatu.**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10011**

tenetur stupratam (1) quæ causam dedit congressui *y*); (2) quæ mercedem congressus pacto definitam accepit *z*); (3) quæ ab aliis quoque se cognosci passa est *a*); (4) quæ stupratori ius eligendi admittit *b*), uel saltem (5) adimere uoluit; (6) quæ causam, cur a stupratore duci nequeat, iam stupri commissi tempore scivit *c*). Ad neutrum etiam (7) alicubi tenetur stuprator, cui corporalis pœna inflicta est.

### §. CLXXIX.

(2) partui  
alimenta  
praebere.

Stuprator porro (2) partui ex se edito alimenta suggерere tenetur. Naturalia tantum deberi, & a stupratoris heredibus, neutquam uero a paterno auo *d*), præstanta, certum est. In termino autem a quo, & in termino ad quem non conueniunt leges moresque prouinciales.

### TIT. XIV.

### DE CONCVBINATV.

#### §. CLXXX.

Concubinatus

**C**oncubinatus est coniunctio uiri & mulieris,

*y*) LEYSER c.d. nr.12. V, 16, II.

*z*) HOEFFT d. de *b*) WERNHER p.  
uirgine stuprata a stu- V. obf. 212.  
pratore non dotanda. c.) IDEM p.IV. obf. 244.

3. §. 3.

*a*) RICHTER ueli- de auo paterno ad ali-  
tat. acad. XXI. th 24. menta nepoti illegitimo  
Ill. BOEHMER I. E. P. præstanda non obligato.



lieris, facta sine iis, quæ LL. præscribunt, solemnibus.

### §. CLXXXI.

Quæ coniunctio quum uel ad tempus tam tempo-  
uel in perpetuum fiat: concubinus in rarius quam  
*temporarium & perpetuum diuidit re*). *perpetuus,*

### §. CLXXXII.

*Ille semper illicitus fuit, hic iam olim a quo tem-*  
*uxoratis f), solutis uero ab eo demum pore consti-*  
*tempore, quo benedictio sacerdotalis in tuat crimen*  
*necessitatem abiit g), & speciatim in Ger-*  
*mania, a tempore Sec. XVI. h), prohibi-*  
*tus est.*

### §. CLXXXIII.

Itaque uterque concubinatus dolo ma- poena luen-  
lo factus hodie crimen est, quod poena dum?  
arbitrio iudicis determinanda lui iubet  
politica reformatio, quacum concordant  
pleraque iura prouincialia.

## G 5 TIT.

- |                                      |   |
|--------------------------------------|---|
| e) LEYSER sp. 585.<br>m. 15.         | b) Ref. Pol. 1533. tit.<br>13. 1548. tit. 25. 1577.<br>tit. 26 von leichtfertiger<br>Beywohnung. V. THO-<br>MASII, BREITHAV-<br>PTII, STOLZII alio-<br>rumque scripta eristica. |
| f) Capit. VI, 230. 433.<br>VII, 336. |   |
| g) FRESNE Glossar.<br>v. Concubina.  |   |



## TIT. XV.

DE

ADVLTERIO, ILLIVSQUE  
CRIMINE.

## MEMBRVM I.

DE

## ADVLTERIO IN GENERE.

## §. CLXXXIV.

Adulteri-  
um, quod **A**dulterium (CLXI.) est coitus (§. CLXII.,  
i.) pacto coniugali contrarius i.).

## §. CLXXXV.

in simplex      Prout uel unus uel uterque coeuntium  
& qualifica-      pactum coniugale iniuit, idque coitu fre-  
tum diuidi-      git; adulterium uel *simplex* uel *duplica-*  
tur,      *tum* dicitur esse.

## §. CLXXXVI.

Vnde hæc deduco axiomata:

- I. Immissio semine in uaginam uteri adulterium consummari.
- II. Adulterium non nisi a coniuge cum extranea persona committi posse.

## §. CLXXXVII.

immissio se-      Ex primo (§. pr. i.) consequitur, ut ad-  
mine con-      adulterium attentauerint tantum (i) mariti,  
summatur,      qui feminas uerbis, literis aut munuscu-  
lis

---

i) *Capitul. R. Fr. VI*, 433. C.C.C. art. 120.

